

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Promptvarii exequialis pars ...

Continens centurias II. dispositionum, quibus themata funebria sive
scripturae dicta varia ...

Bidembach, Felix

Francofurti, 1625

Thema XCIX.

[urn:nbn:de:bsz:31-130978](#)

THEM A XCIX.

Esa.64

*Emarcuumus omnes quasi folium, & iniquitates nostre
quasi ventus abstulerunt nos.*

D I S P O S I T I O.

Hæc paucula Esaïæ Prophetæ verba exstant in prolixia ista precatione populi Israëlitici: In qua miseri in exilio Babylonicō, non tantum iram Dei super peccata agnoscunt, & iniquitates suas confitentur, sed & miseriā suam deplorant, & Deum, ut opem illis ferat atque in partiam reducat, orant.

His autem verbis, miseriā suam deplorantes Iudei, comparant seipso foliis arborum deictis & à vento abrēptis. Ista iam considerabimus, & primum rationem comparationis audiēmus. Deinde vero, quia isthæ comparatio non ad Hebræos tantum, sed ad nos omnes eleganter accommodari potest, videbimus etiam, quid eadem nos quoque possit & debeat monere.

I. Pars.

1. Singularem suavitatem & gratiam habent folia arboris virecentia. Quia præterquam suam quod habent utilitatem, dum tegunt & defendunt fructus adhuc teneros progerminantes, à priuigna, frigore & variis temperatibus sunt singulare ornamentum arborum. Ideoque arborum iucundissimus tum est aspectus, quando folia virentia crescunt, quod sit tempore veris & aestatis. Contra postquam deciderunt folia tempore hæmis, nudæ quasi arbores, & tanquam emortuæ apparent. Sic olim populus Israhel, cum in flore esset, tempore Dauidis, Salomonis, & cæterorum piorum Regum, qui patres patriæ erant & Augulti, singulare erat decus, & ornamentum omnium Regnorum mundi excellentissimum. Quippe populus Dei electus: qui Deum quotidie præsentem,

Deut.

THE

Deut. 4. v.

excepit defen-

ditionerum

preferacrum

miniculis, qu

tot reges deu-

el, delecto

contra terram

mitis, &c. Ho-

1. Artifici-

aboribus

incommodis

asequendib-

dignorum:

hunc caputini

& rufiis

genibus fa-

ne decus g

matuim

plus est;

nisi omni

137.4.1.

3. Et

vbi olim

populi Is-

raelia in

tenuer, ho

1. Qua-

tofervens,

non abmim-

verit 1.

Hinc fine

liquit con-

ctus non ob

temus enim

populo suo

X.
CIX.
Deuter. 4. v. 7. & responsa dantem super arca foederis;
cumque defensorem habebat, Deut. 7. v. 16. sed & cultum
illius sacrum præ omnibus aliis habebat syncretum, iuxta
præscriptum legis, &c. Clarus erat hic populus stupendis
miraculis, quæ propter ipsum & in ipso fecerat Deus: dum
tot reges deuicti, mare siccatum, Sol substitit, retrogressus
est, deleti omnes aduersarii quotquot infecto exercitu
contra terram sanctam veniebant, ut Assyrii, Syri, Edom-
itæ, &c. Historiæ notæ sunt.

1. At sicut cum imminentे hyeme folia decidunt de
arboribus, dum exsiccantur & macteantur, nihil habent
incunditatis amplius, sed in sumum & lutum vertuntur
atque pedibus conculcantur, tandemque in nihilum re-
diguntur: Ita postquam populus Israeliticus in tristem
fuit captiuitatem abductus. Regibus cum regno deletis
& vastatis omnibus ciuitatibus: ipsique homines liberi
gentibus seruire coacti sunt: omnis illorum gloria, om-
nis decus gentis in fumum abiit. Ut vere dicere possint: E-
marciuimus sicut folia, in quibus nihil luci & vigoris am-
plius est. Regno, Regibus, patria, cultu sacro, bonis & do-
nis omnibus, tum fuerunt priuati. Vide querelam Psalm.
137. v. 1.

2. Et sicut ventus folia arida sic disicit, ut a suo loco,
vbi olim floruerunt, longissime remoueantur: Ita peccata
populi Israelitici illum (tanquam ventus) expulerunt ex
patria in regionem remotissimam, Babylonem. Hoc fa-
tentur, hoc deplorant in verbis prælectis.

3. Quamvis autem vlus principalis, nostro institu-
to seruicet, in altera parte iam sequetur, tamen vnum' hic
notabimus, de quo Paulus nos etiam monuit Roman. II.
vers. 21. Si Deus naturalibus ramis non pepercit, &c.
Huic affine est id, quod Christus (in via ad mortem) re-
liquit considerandum mulieribus, & cæteris atque sic
etiam nobis, Iac. 23. v. 31. Si hoc sit in viridi, &c. Cogi-
temus enim, si Deus tanta severitate puniuit peccata, in
populo suo, quem eligit sibi in peculium: quem suam
hæres-

hæreditarem primogenitum suum, &c. vocavit, Exod. 19. v. 5. & 4. v. 22. Deut. 9. v. 19. & 7. v. 6. & quem tam impense dilexit. quid de nobis fiet, qui ex gentibus sumus oriundi, & fuimus olim sine Deo & sine testamentis, &c. Ephes. 2. ver. 12.

Satis igitur est præteritum tempus in peccatis transgisse, 1. Pet. 4. v. 3.

II. Pars.

Quod hic Judæi in exilio Babylonicæ conqueruntur de sua miseria, id eleganti huius similitudinis accommodatione ad totum genus humanum, potest tractari, & de singulis hominibus intelligi. Neque est huic proposito inconveniens, illa de foliis marcescentibus similitudo, quæ etiam extat Syr. 14 v. 19.

1. Primum enim homo in flore ætatis, aut dum est corpore lano, vegeto, &c. similis est foliis arborum virescientibus. Jucundus aspectu grata omnia ipsius studia. *Lia junger gesunder Meesch/ grünert vad wächst wie ein Baum.*

2. At sicut folia exsiccata marcescent & deliciantur, amittunt suam venustatem, &c. Ita hominis vires morbis exsiccantur aut debilitantur, omnisque mox vigor & color transit, ut decidat, & concidat sicut folium homo. Huius vanitatis sepe nos commonescere vult scriptura, per consimiles res florentes atque virentes: at mox marcescentes: vident flores, Psal. 103. v. 9. gramen, Psal. 90. 102. 103. & Esa. 49. v. 6. & 7. & cætera.

3. Tandem vero plane disiicit ventus illa fojia, ut non appareat loco pristino. Ita mortis (ventus ille vrens) hominem prosternit, & ex oculis hominum remouet, ut non amplius conspiciatur. Et sicut folia arborum olim aspectu iucundissima, tandem pedibus conculeantur, & in finum & lucum vertuntur: Sic homo tandem in terram conditur, & in puluerem vertitur: *Vad muß mir Fässer lassen aufs Höhe gehen.*

1. Vbi

1. Vbi hoc vnum hic paulo altius repetemus: scilicet, vnde fiat, quod homo sic marcescat? Peccata sic ipsum faciunt marcescere, exsiccari, &c. sicut hoc loco habetur. Est enim mors stipendum peccati, Rom. 6. Inde ira Dei hoc tribuitur, Psal. 90. v. 7. & 9.

2. Itaque non superbiedum, dum folium adhuc viret in arbore. Cogita de tempestate siccante, vento deliciante folium Cauda peccata, & hoc agendum, ut reuiscamus cum gaudio. Ne simus impii, quos ventus dissipat, Psal. .v. 4. Sed ut iterum colligantur per Angelos à ventis, Matth. 24. v. 31. postquam mors dissipavit, utique efflorescamus in nouissimo die, Esa. 26. v. 19.

F I N I S.

THEMA C.

Ezech. 33. v. 11.

Vivō ego, nolo mortem peccatoris, sed magis, &c.

Dispositionem huius thematis vide supra, in I. parte
Promptuarii, Classe VIII. Num. VII. pag. 723.

THEMA CI.

Ezech. 37. v. 1. ad 11.

Viso Propheta de obſibus aridis reuinifcentibus.

DISPOSITIO.

Famosa est hæc visio, & omnia Ecclesiarum Christi lectione celebrata. [Sic enim Hieronymus orditur explicacionem huius loci] Etq; plane singularis hic locus, cui similis non extat in vniuersa historia sacra. Notandum autem, quod Propheta disertis verbis innuit, non corporalem istam fuisse visionem, quam viderit Ezechiel oculis corporis; sed in spiritu ipsi hanc visionem monstrata, sicut id Propheta erat solenne. Eduxit enim ipsum manus Dei, non in corpos, sed extra corpus. (Sic Hieronymus sentit.) Quamuis alias Pauli s. nesciat an in corpore

vel